

bat. Ratio autem cur requiratur traditio, ea est secundum Dec. quia res emptæ meo nomine, mihi nõ acquiruntur ante traditionem, l. res ex mandato. ff. de acqu. rer. dom. & respondit Soc. sen. in cons. 228. in causa Gabrielis, in fi. lib. 2. & quanquam regulariter is, qui meo nomine emit rem, & illam mihi tradidit, possit à me repetere ipsius rei pretium, vt scribunt Barr. in l. 2. ff. pro soc. & Barb. in col. 12. col. 1. lib. 1. Atq; diuersum est (inquit) 10 Decij) in patre & emete nomine filij, cui cũ donare præsumatur, non præsumitur cogitasse de pretij repetitione. 11 Extenditur hæc casus, vt locum habeat etiam, quando pater dedit pecuniam ipsi filio, vt suo nomine emeret. Ita respondet Comens. in cons. 60. & Corn. in consil. 235. lib. 1. quos secutus est Dec. in d. l. si donat. nu. 38. verum idem videtur dicendum. & hos secutus sum in lib. 2. de arbit. iud. casu. 131.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, qñ 12 pater inter filios resisteret magna inæqualitas. Nam tunc donasse non præsumitur. Ita Barr. in l. 1. §. nec Castrens. col. pen. ver. fallit in tribus casibus. ff. de collat. bonorum. Butr. in cons. 38. in 4. dubio Barb. in cons. 57. col. 19. ver. nec obstat, lib. 2. Dec. in d. l. si donatione, col. pen. ver. & limitatur. Crau. in cons. 125. nu. 7.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando extat 13 pater, quæ significare possunt patre donare noluisse. Ita Bal. in l. 1. col. pen. ff. sol. matrim. & in d. l. fil. 2. num. 5. & in Auth. ex testamento, nu. 5. C. de coll. Ang. in d. l. fil. in fin. Butr. in d. cons. 38. in 4. dub. & manifestus Dec. in d. l. si donatio, col. pen. ver. & limitatur. Idem docuit Ripa in l. in quartam, num. 173. ff. ad l. Falcid. qui 14 perpendit coniecturam illam, & quando pater in libro rationem scriptum reliquit filium debitorem, causa illius rei suo nomine emptæ, eique traditæ. Et præter Ripam idem respondit Castr. in cons. 242. videtur dicendum quod dicitur lib. 2. quem secutus est Crauet. in cons. 125. nu. 2. & 3.

Est & coniectura, quando filius habet peculium aliquod. Nam tunc præsumitur, quod pater ex peculio illo emerit nomine filij. Ita docuit Sal. in l. filia licet, col. 3. ver. aut de hoc animo. C. fam. erisc.

16 Quintus est casus, quando pater dedit rem & filio, sed tamen subest causa fauorabilis, sicuti cum nomine filij emit, & dedit libros. Hoc casu donasse præsumitur. Ita scribunt Barr. in leg. 1. §. nec Castrens. nu. 8. ff. de collat. bonor. Signor. in cons. 62. num. 4. Bald. in leg. omnimodo. §. imputari, col. vlt. C. de inoffic. test. Salic. in l. si filia cuius, col. 4. ver. quæro. C. fam. erisc. Abb. in cons. 12. nu. 6. l. b. t. Alex. in cons. 142. nu. 27. lib. 2. & in cons. 102. nu. 7. lib. 3. l. si in cons. 160. col. 2. ver. sicut qñ, lib. 2. Ripa in l. in quartam, nu. 173. ver. secundo casu. ff. ad leg. Falc. Dec. in l. si donat. nu. 41. C. de collat. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 7. nu. 1. idem sentit Crau. in cons. 125. nu. 4. ver. sed præmissis. Et ij quidem adducti sunt tex. l. que pater. ff. fam. erisc. cuius verba hæc sunt. Quæ pater filio emancipato studiorum causa peregrè agenti subministravit, si non credendi animo misille fuerit comprobatus, sed pietate debita dum èus in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari, & quitas non patitur. Potest & hæc sententia comprobari multis alijs argumentis, quibus vsus est Signorol. in d. consil. 62. col. 2. Et hic quidem casus locum habet multò magis, quando pater emit libros nomine filij iam Doctore creati, vel viuo ipso patre creato. Ita post alios tradit Dec. in d. l. si donat. nu. 42.

17 Extenditur primò, vt procedat etiam, qñ pater & dedit pecuniam ipsi filio, vt emerit libros. Nam adhuc donasse præsumitur. Ita Butr. in cons. 38. nu. 5. & Dec. in d. l. si donatione, nu. 41. ver. secus qui.

Extenditur secundo hic casus, vt locum habeat, quæ-

do extaret statutum, qd pater te heatur seruare æqualitatem inter filios. Ita Alc. in d. præsumpt. 7.

Declaratur primò, vt locum nõ habeat hic casus, quæ 18 do pater apud patrem extaret bona aduentitia, vel castrensia, seu quasi, ipsius filij. Nam tunc præsumitur patre expendisse de bonis illis. Ita docuit Barr. in d. l. 1. §. nec Castrens. nu. 8. ff. de colla. bon. qui subiungit, idem præsumi, si ipse pater esset administrator. Et confert qd scripsi in comment. de arbit. iud. lib. 2. casu 88. num. 23. cum multorum auctoritate dixi, matrem & administratricem bonorum filij, præsumi impendisse ex bonis filij, nõ autem ex proprijs, vt illum aleret. Verum dissentit ab hæc declaratione Signo. in col. 62. q. proponitur. filij iã se emancipati nomine, & causa studiorum, pater impendit propriam pecuniam, non præsumitur, quod cõpensare voluerit cum ea, à se filio debita. Et multis quidem argumentis motus est Signo. & præsertim ex d. l. quæ pater, quam ipse Signor. nu. 7. diligenter perpendit.

Declaratur secundo hic casus, vt locum non habeat, 20 quando aliqua extat pater coniectura, quæ significat, patre donare noluisse. Ita in specie declarant Dec. in d. l. si donatione, nu. 41. ver. & limitatur. C. de collat. post Ang. in l. filia licet, in fi. C. eo. de collat. & Butr. in d. consil. 38. num. 5. sic etiam Crauet. in d. cons. 125. num. 4. & num. 5. & conferunt, quæ scripsi in 2. declaratione superioris casus. Coniecturam existimant probabilem prædicti Doctor. quando pater in libro rationum fecisset debitorem ipsum filium, pretij dictorum librorum, & expensarum. Idem quando alioqui inter filios resisteret magna inæqualitas. Idem quando filius renunciauit successioni paternæ. Nam tunc libri, & impensa eam ob causam data præsumuntur. Ripa in d. l. in quartam, num. 173. ff. ad leg. Falcid. & Ruin. in cons. 133. num. 17. lib. 2. qui inæqualitatem considerauit. & idem ipse ego scripsi lib. 2. de arbit. iud. casu 131. num. 5. & accedit nunc Alba in cons. 241. num. 4. & 5. lib. 2. Potest etiam sumi coniectura ex quantitate librorum, & patrimonij, an verisimile sit, quod pater donauerit, vel non. Ita Bald. in l. filia cuius, nu. 11. C. fam. erisc. Ego certè in filijs meis omnem omnino æqualitatem seruari debere cupio, & quæ enim filij sunt.

Sextus est casus, quando pater emit libros, sed nõ dicit nomine filij se emere, & libros illos simpliciter & tradidit ipsi filio. Hoc casu donasse non præsumitur, sed dicitur concessisse in peculium. Ita Barr. in l. si filij. C. de don. inter vir. & vxor. Comens. in cons. 60. quidam filio studentis, & alios refert Dec. in l. si donatione, nu. 41. C. de coll. Ripa in l. in quartam, nu. 173. ver. aut non emerit. ff. ad l. Falci. Et ij quidem moti sunt ex l. vlt. ff. de pecul. leg. & l. quod seruis, ff. de acquir. rer. dom. Et obiectioibus satisficit Rip. præcitato in loco.

22 Septimus est casus, quando ecõtra pater emit libros & nomine filij, sed eos illi non tradidit. Hoc etiam casu nõ præsumitur, qñ donauerit. Ita Dec. in l. si donatione, nu. 40. de collat. post Barr. in l. donationes. §. pater. ff. de donat. Bald. in Auth. ex testamento, nu. 5. ver. sed quid si pater. C. de collat. & Comens. in cons. 60. Et alios retuli in d. lib. 2. de arbit. iud. casu 131.

Et adducti ij sunt in hanc sententiam ea ratione, quia res emptæ nomine meo, antequam mihi tradatur ab emptore, mihi non acquiruntur, l. res ex mandato. ff. de acquir. rer. dom. & scribunt Soc. Sen. in cons. 228. in fin. lib. 2. & alij sup. commemorati in 4. casu.

Nec repugnat, quod quando pater destinauit filium studij, teneatur ei præstare debitas impensas, atque ita emere libros, & alia necessaria, vt scribunt glos. in l. sed Iulianus. §. quod dicit. in vetb. solebat. ff. ad Macedon. & in l. Macedoniani, bi Bald. in fin. C. cod. Idem Bald. in l. omnimodo. §. imputari. Cod. de inoffic. testam. Castr. in cons. 184. videtur dicendum, quod dicitur, lib. 2. & Pe-

23 Petrus Rebuff. in tract. de priuileg. scholar. in priuileg. 60. & Horatius Lucius Calliensis in tract. de priuileg. scholar. priuileg. 16. & Ascan. Clemens de patria potest. in 18. eff. cr. num. 33. Nam huic obiectioi respondetur, quod licet pater & teneatur emere, & tradere libros filio studij destinato, attamen traditio illa necessitate quadam facta, donationem non infert, vt inquit Bald. in d. l. Macedoniani, nu. 3. ver. aduertet tamen. C. ad Maced. & idem respondit Castr. in d. l. cons. 184. qui simile adiungit, quod licet pater & teneatur dotare filiam, nõ tamen dotando censetur dotem ei donare. Bald. & Castr. secuti sunt Ruin. in cons. 101. num. 11. lib. 1. Dec. in d. l. si donatione, col. penult. ver. sic sed aduertendum. C. de collat. Rip. in l. in quartam, nu. 173. ff. ad leg. Falc. Crauet. in consil. 125. numer. 8. & Horat. Lucius Calliens. in tract. de priuileg. scholar. priuileg. 16. in fi. His autem in casibus, & in quibus non præsumitur patrem donasse libros filio, filius non tenetur conferre, & communicare cum fratribus libros ipsos, sed eorum æstimationem tantum, sicuti post alios scribunt Dec. in l. si donatione, in fine, C. de collat. & Rip. in l. in quartam, num. 176. ff. ad leg. Falcid.

26 Octauus, & vltimus est casus, quando pater & rem aliquam, puta fundum iam à se possessum, vel noue emptum suo nomine, deinde simpliciter tradit filio in sua potestate existenti, hoc in casu recepta est Doctorum opinio, non præsumi donare, sed concedere solum, vt habeat in peculium. Ita Barr. in l. si donatione, num. 4. C. de collat. & in l. vlt. ff. de pecul. leg. Bal. in Auth. ex testamento, nu. 4. C. de collat. in l. cum virum, num. 13. C. de fideic. in l. executorem, num. 32. ver. sic, & vnum scias. C. de execut. rei iud. Alex. in l. si donatione, nu. 15. ver. quado autem, & ibid. Dec. num. 38. ver. 3. casus. C. de collat. & in consil. 86. num. 7. Grat. in cons. 7. num. 5. lib. 2. Paris. in cons. 33. num. 10. lib. 3. qui alios refert. Idem affirmarunt Cephal. in consil. 494. nu. 25. lib. 4. & Decia. in consil. 3. nu. 21. libro 1. Quorum quidem sententiam secutus sum in cons. 451. nu. 18. lib. 5. Et ij quidem moti sunt primo ex l. cum pater. §. pater plurib. de leg. 2. vbi Barr. scripsit, quod 27 castrium & in dubio præsumitur concessum causa custodia. Et idem affirmarunt multi, quos referam infra, dum explicabo, quando castrium præsumatur donatum, vel concessum causa custodia. Ceterum euitari facile potest hic locus, quando quidem ibi manifestè factis consuebat, patrem tradidisse clauis, & anulum primogenito custodia causa. Nam iam ipse pater æqualiter hæredes fecerat ipsos filios, traditio ergo illa clauium non potuit significare translationem domini in illum primogenitum, alioqui testator ipse præsumeretur contraria disposuisse, & primam illam voluntatem mutasse, contra l. qui testamentum. ff. de prob. Secundo adducitur text. l. vlt. ff. de pecul. lega. Verum dici potest, ob id præsumi ibi peculij, loco testatorè legasse Titio filio, quia in alia testamenti parte, sic & alijs filijs expressim legauerat.

28 Vna ergo testamenti pars aliam declarat, l. qui filia. de lega. 1. Et hoc maxime, ne inæqualitas insurgeret inter ipsos filios, contra l. vt liberis. C. de colla. Tertio solet perpendi ratio, quod & donatio non præsumitur etiam inter patrem, & filium. Et hoc quidem argumentum sic vrgentius deduci potest, Aut filius est in potestate, & tunc non præsumitur donatio, tum quia regulariter illam non præsumi certum est, cum de debito, in prin. ff. de prob. & scripsi in lib. 2. de arbit. iud. casu 88. col. 1. tum etiam, quia donatio inter patrem & filium prohibita est, l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. vbi Bar. num. 57. & scripsi sup. in præsumpt. 27. Aut filius est emancipatus, & tunc de eo idem est iudicandum, quod de extraneo, vt in f. dicemus. Et extraneo donatum nõ præsumi, probat dicitur l. cum de debito, & dixi in d. l. casu 88. Hic casus multò magis locum habet, quando pater in-

traditione rei vsus est aliquibus verbis significantibus 31 donare & noluisse, sed potius voluisse peculij nomine tradere, vt si dixit tradere rem filio administrandam. Ita ex facto interrogatus respondi pro Illustri Comite Gaspare Maria Scotto Placentino in consil. 451. vbi etiam 32 idem dixi, quando pater dixit, se per modum & prouisionis filio tradere. Non repeto ibi dicit. Idem est, quando 33 dixit, se & assignare rem illam filio. Ita Gra. in consil. 7. num. 4. lib. 2. Paris. de quo sup. nisi adsit verbum illi adiunctum aliter significans, vt declarat ibid. Grat. nu. 12. Idem est, quando statutum prohiberet, & impediret donationem. Grat. in d. l. cons. 7. num. 6. & Paris. in consil. 33. nu. 13. lib. 3. Idem est, quando pater diuisit bona inter ipsos filios. Nam tunc donare non præsumitur, l. si filia. §. si pater. ff. fam. erisc. Paris. in cons. 33. num. 2. lib. 3. vbi dixit, idem etiam esse dicendum, quando pater dixisset, quod volebat eam diuisionem esse perpetuam ratam & firmam. Quæ de re scripsi in d. l. consil. 451. vbi alia plura ad rem.

Extenditur primò hic casus, vt locum habeat etiam, 34 quado pater filio suo vnico & rem tradidisset. Nam adhuc præsumendum est, quod causa peculij, & non donationis tradiderit. Ita sentio aduersus Decia. in d. l. si donatione, num. 38. ver. sic, 3. casus. C. de collat. cum dixit, ex sententia Barr. in d. l. cum pater. §. pater pluribus. de leg. 2. in traditione rei facta filio vnico, cessare rationem illam euitandæ inæqualitatis, quæ solum considerari potest, quando extant plures filij. Rectius dicendum existimo, idem esse vnico in filio, quia etsi cessat ratio euitandæ inæqualitatis, non tamen cessat alia, quæ regularis est, quod. l. donatio non præsumatur, vt dixi supra. Et certum est, quod quando duxerunt rationes & impeditiua alicuius actus, vna cessante, non tamen tollitur impedimentum. §. affinitatis, in Inst. de nupt.

Extenditur secundo, vt locum habeat hic casus etiam 36 in traditione facta & filio emancipato. Nam adhuc illa præsumitur facta, vt is filius rem illam peculij loco habeat. Ita docuit, & rectè Dec. in d. l. si donatione, nu. 38. ver. sed aduertendum. C. de collat. Primo ea ratione vsus est, quod etiam in emancipato locum habet ratio seruandæ æqualitatis. Ergo & idem ius esse debet in emancipato, quod in existenti in potestate, iuxta l. illud, in princ. ff. ad l. Aquil. Ceterum ratio hæc perpetua non est, cum in filio vnico (vt diximus) non haberet locum, & quia cessaret, vbi modica esset inæqualitas.

Secundo, quia & in emancipato locum habere potest illa ratio, quod præsumatur datum causa custodia, iuxta d. l. cum pater. §. pater pluribus, de leg. 2. Verum demonstrauimus sup. tex. hunc non probare.

Tertio mouetur Decia. quod filius emancipatus esse non debet melioris conditionis, quam sit filius existens in potestate. Ergo si in filio existenti in potestate, non præsumitur donatio, ita nec in emancipato.

Quarto, & rectius (inquit Deci.) multò minus præsumi debet donatio in emancipato, quam in filio existenti in potestate. Quandoquidem in emancipato actus donationis est & magis præiudicialis ipsi patri donati, qui ad libitum eam reuocare non potest, sicuti reuocari potest donatum filio existenti in potestate.

38 Quinto & vltimo considero, quod emancipatio & dissoluit vinculum patriæ potestatis, & efficit filium esse loco extranei, iure Ciuili inspecto. Cum autem in extraneo minus præsumatur donatio, quam in filio, dicendum est, in hoc emancipato non præsumi donationem.

Nec prædictis repugnat, quod considerat Bald. in l. 2. C. comm. u. de leg. Ang. & Fulg. in d. l. si donatione, in fi. C. de colla. post Iac. de Aren. ibid. & Corn. in cons. 228. num. 1. & num. 12. lib. 4. qui dixerunt, donationem in emancipato præsumi. Et ij quidem adducti sunt ex tex. l. penult. ff. de donat. cui respondet Decius, quod loquitur



tur in casu claso, sicuti colligitur ex illis verbis, donatio- nis animo. Præsupponit enim Paulus ibi pro constanti, animum patris fuisse donare, id quod fortè colligeba- tur claris verbis, vel signis.

39 Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando pater vsus est verbis significantibus ÷ donatio- nem. Et primo, si dixit, dono. Id quod clarum est, sicuti dixi sup. in 1. casu. Secundo idem est, si dixit, do. Nam tunc donare præsumitur. Ita Salic. in dict. l. si donatio- ne, col. 3. vers. 2. igitur casu. C. de collat. quem secuti sunt ibi Alex. Ias. & Decia. num. 39. versic. secundo limitatur. Grat. in consil. 7. nu. 21. lib. 2. & Paris. in consil. 33. nu. 24. lib. 3. ij ambo, (vt existimo) de eadem facti specie respon- derunt.

40 Ea ratione moti sunt, quod verbum, dare, ÷ significat domini translationem. S. sic itaque, in Inst. de actio. si ergo pater voluit transferre dominium, dicendum etiã est donare voluisse, quia aliter dominium transferre non potuisset. Non enim aliqua alia causa habilis (vt hoc adiungam rationi Decij) ad transferendum domi- nium hic extitit, quam donationis. Ergo donare vo- luit, ex quo voluit transferre, alioqui inutilis fuisset translatio.

Tertio idem est, quando pater vsus est verbo, conce- do. Nam & tunc dicitur donasse, cum verbum, conce- do, ÷ significet translationem domini, & in dubio, do- nationem, ita Decia. in l. si donatione, nu. 39. & in cap. cum venerabilis, in vlt. notab. de except. idem ego ipse affirmavi in commentar. de arbitrar. iud. lib. 2. casu 88. num. 21. & in consil. 191. num. 8. in fin.

Verum à prædicta opinione dissentiunt Salic. in l. filia cuius, col. 4. vers. 2. casu. C. fam. ercisc. & Alex. in l. si do- natione, num. 19. C. de collat.

42 Quartò idem dicimus, quando pater dixit, se trade- re ÷ pleno iure, & cum omni commodo. His sanè ver- bis significauit, quod voluit donare. Ita respondit Grat. in consil. 7. num. 12. lib. 2.

43 Quintò idem dicimus, significare verba hæc, quod fi- lius sit ÷ contentus pro sua portione. Nam & tunc do- nare præsumitur. Cornel. consil. 228. num. 11. lib. 4. Gra- tus in d. consil. 7. nu. 16. lib. 2. quod declarat Paris. in dict. consil. 33. nu. 8. lib. 3. nisi prius dixisset, se causa diuisionis, vel simili eum contentum esse velle.

44 Sextò idem ostendunt verba hæc, vt ÷ in perpetuum possit ad libitum suum disponere. Gratus in dict. consil. 7. num. 18.

45 Septimò, quando dixit, ÷ ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum. Grat. in dict. consil. 7. num. 20. lib. 2. & Paris. in consil. 33. nu. 21. lib. 3.

46 Octauò idem est, quãdo ÷ pater promisit legitimam defensionem. Grat. in d. consil. 7. nu. 24. lib. 2. vel promisit non contrauenire. Paris. consil. 33. lib. 3.

47 Nonò idem dicimus, quando ÷ adiecit clausulam, quod tradit omni meliori modo, & c. Corn. in dict. consil. 228. num. 10. lib. 4. consil. 7. num. 25. lib. 2. & Paris. in d. consil. 33. num. 28. lib. 3.

48 Decimò, ex verbis ÷ proemij actus. Paris. in dict. consil. 33. nu. 17. lib. 3. vbi egregiè, & Corn. in consil. 228. nu. 9. versic. nam ratio, lib. 4.

49 Vndecimò, si dixit, ÷ se consignationem, & traditionè facere in possessione, & in proprietate. Paris. in d. consil. 33. num. 18. Corn. in d. consil. 228. nu. 11.

50 Duodecimò, si dixit, ÷ iure proprio. Paris. dict. consil. 33. num. 19.

51 Decimotertio, si dixit, ÷ dimisit & relaxauit. Idem Paris. num. 22. & 23.

52 Decimoquarto, quando dixit, se ÷ retinere vsumfru- ctum. Paris. d. consil. 33. nu. 31. lib. 3. et si dissentiat Ceph. in consil. 494. num. 3. lib. 4.

Decimoquintò & vltimò, si dixit, quod filius teneat-

tur soluere onera, & gabellas. Ita respondit Corn. in cõ- sil. 228. num. 11. versic. item ad soluendum, lib. 4. Et hæc quidem declaratio locum habet, etiam si verbis clariè re- pugnaret solemnitas actus, ita Grat. in d. consil. 7. nu. 26. lib. 2. Cum dixit, quod si pater verbis apertis significa- uit, se donare, licet obstat statutum requirès insinuatio- nem, vel aliam solemnitatem, tamen magis præsumitur pro verbis, quam pro inobseruantia solemnitatis.

Declaratur secundo, vt locum non habeat hic casus, quando aliqua extat coniectura ex gestis sumpta, quæ significet patrem donare voluisse. Ea prima est, quando pater re ÷ simpliciter filio tradita, passus est filium fru- ctus percipere, & de illis ad libitum disponere. Hoc sanè casu præsumitur patrem donasse. Ita Salic. in l. filia cuius, col. 4. versic. sed tunc quæro. C. fam. ercisc. & in l. si donatione, in fin. C. de colla. & ibid. Dec. num. 39. ver- sic. 3. limitatur, & idem Dec. in l. si certis annis, num. 19. C. de pactis. vbi etiam Ias. nu. 14. vers. 4. pro extensione. dissentire non videtur Ruin. in Rubr. ff. solut. matr. num. 194. sic & Pate. in decif. 84. num. 3. lib. 2. Idem manife- ste respondit Grat. in consil. 7. num. 23. lib. 2. qui dixit, hanc coniecturam multò magis locum habere, quando patre patiente, filius disposuit non solum de fructibus, sed etiam de ipsa proprietate. Et prædicti quidem moti sunt arg. leg. cum de in rem verso. ff. de vsur. Nec repu- gnat, quod locum illa non habet, quando agitur de trans- latione domini, quia aduersus Alexan. respondet Dec. id verum esse, quando nulla est facta rei traditio, secus verò traditione facta. Est & ratio huius declarationis

54 quod ex actu ÷ sequenti demonstrat, qualis fuerit præ- cedens animus. S. pauonum, in Inst. de rer. diuis. Hic er- go actus patientiæ patris demonstrat, eum donare vo- luisse filio. Et hæc quidem declaratio locum habet mul- tò magis, quando filius percipit fructus bonorù aduen- titiorum, quorum proprietates est ipsius filij, vsusfructus verò patris. Ita probat. cum oportet. S. in autem. C. de bon. quæ liber. vbi Bar. Ang. Salic. Corn. & reliqui. Bald. in l. 2. C. de inoffic. testam. Anch. in consil. 176. num. 3. Corn. in consil. 285. num. 4. lib. 1. & in consil. 78. nu. 21. lib. 2. Crot. in consil. 40. num. 13. lib. 1. & egregiè decla- rant Abb. in consil. 12. col. penult. vers. capio nunc sex- tum, lib. 1. & Boer. quæst. 196. num. 3. Et rationem red- dit Ang. in d. S. in autem, quia fructus est sui natura se- quuntur dominium, lex diuerso. ff. de rei vend. & glof. l. fructus. C. de fruct. & litium expens. & ob id facile pa- ter dicitur remittere, cum non ex re propria patris pro- uenisse intelligantur. Et præsumptio hæc, quod pater donasse præsumatur prædictos fructus, permittendo fi- lio sui peculij administrationem, est præsumptio iuris,

55 ÷ de iure, quam sic ex dict. S. in autem res, colligit Io. Andreæ in additionibus ad Specul. in titul. de præsum- ptionibus. S. species, num. 5. in verbo, in prædictis con- cordant. Porro an donatio hæc dicatur inter viuos facta, vel causa mortis scripsi in præcedenti præsumpt. num. 88.

56 Ceterum prædicta donatio ÷ non præiudicabit credi- toribus. Ita Anch. in consil. 106. num. 4. Hæc, quam ha- bñenus retulimus, longa d. sputatio, inter multas utilita- tes hanc habet, quod si pater donauit, & filius delictum committit, quod bona fisco publicatùr, etiam hæc dona- ta publicabuntur. Si verò causa peculij tantum est con- cessum, publicari nõ poterant. Ita Bal. in l. executorem, num. 32. C. de execut. rei iud. & Alexand. in l. si donatio- ne, num. 15. versic. quando autem. C. de collat. quos se- cutus sum in dict. consil. 451. in princ.

57 Ceterum dubitari hic contingit, an pater ære alieno grauatus remittendo prædictum vsumfructum bonorù aduentitiorum filio, præiudicare possit, suis creditoribus ne valeat reuocare fructus illos tanquã in sui fraudè re- missos. Hæc re distinguo nunc atq; cõstituto quinq; cap. Primus

Primus est quando pater debitor nondum sibi acqui- sito vsufructu bonorum aduentitiorum filij vsufructu ipsi remittit filio, siue sit adhuc sub patria potestate, siue sit emancipatus, nulla enim inter duò hæc est diffe- rentia in casu nostro quo ad patris creditores, de quibus nostra est disputatio. Hoc sanè casu pater non dicitur fraudare creditores, & si acquirere noluit, & ideo credi- tores reuocare non possunt ipsi vsufructum. Ita in specie respondit Anchar. consil. 106. Dubitatur vt in fra- num. 4 in fin. vers. si autem vsufructus. Idem scriptum reliquit Christoph. Por. in §. 1. nu. 4. Inst. per quas pers. nob. acq. quem secuti sunt Rim. Iun. ibid. num. 139. Frã. Caldas in l. si curatorem. in verb. lãsus. num. 148. versic. Vnde eleganter. C. de in integr. restitut. min. & idem qd Anchar. & Port. verè sensit Alber. in l. patrem. num. 2. & 3. ff. de his quæ in fraud. cred. & in l. cum oportet. S. cum autem. C. de bonis quæ liber. quem secutus est Bero. con- sil. 43. num. 5. versic. confirmo. lib. 1. & horum quidem vera traditio, & sententia probatur multis iuris, & ar- gumentis.

Primò probat egregium illud responsum Vlpiani in l. qui aut. in princ. ff. de his quæ in frau. cred. cuius verba hæc sunt. Qui autem cum aliquid possit querere, non id agit, vt acquirat, ad hoc edictum non pertinet, pertinet enim edictum ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur. Hactenus Vlpia. Atqui pater non acceptando vsufructum bonorù ad- uentitiorum filij, sed ipsi filio eum remittendo, nõ dicitur fraudare creditores, ergo creditores reuocare mini- me possunt ipsum vsufructum.

Secundo accedit respon. Papin. in l. patrem. ff. eo. tit. de his quæ in frau. cred. quod ita habet, patrem qui non expectata morte sua fideicommissum hæreditatis ma- ternæ filio soluto potestate restituit omnia detractione Falcidia, plenam fidem, ac debitam pietatem secutus exhibitionis, respondendi non creditores fraudasse. Hæc Pa- pin. qui significauit licuisse patri remittere filio detra- ctionem Falcid. quæ nondum sibi erat acquisita, ex quo detractionis tempus, hoc est, ipsius patris mors, nõdum venerat, atque ita pater fraudasse non dicitur sic remit- tendo. Idem de alio debitor respondit Callistratus in l. debitorem, quæ immediatè sequitur d. l. patrem. Et hæc Papin. & Callif. respõsa sic interpretati sunt Alber. ibid. Bal. in rub. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. col. penul. in fin. vers. rursus quæro, qui dixit, hoc casu fideicõ- missum non præsumi cõditionale, sed ad beneplacitum debitoris grauati.

Nec mihi satis probatur interpretatio Vldar. Zas. in d. l. patrem. nu. 5. & apertius lib. 2. intellectum singula- rium cap. 24. versic. vnde vt omne & c. id euenisse, quod fidei nexus, & pietatis paternæ affectus fraudis præsum- ptionem excludunt. Quod certè, subiunxit Zas. confir- mari potest per textum in l. seq. quæ incipit debitorem. Nã ibi is qui erat grauatus restituere alteri ex fideicom- missio, si totam hæreditatem restituit, quarta non reten- ta, nihil intelligitur fraudis exuisse, sed potius fideliter facere, quod nulla alia ratione, addit Zas. recipitur, quæ quod fidei præstita splendor vmbra fraudis excludit, alioqui si eo loci fidei præstatio non excusaret, rectè cen- seretur debitor in fraudem fidei fecisse, qui cum se sciret ha- bere creditorem, & non esse soluendo, omisit retinere eã quartam, per quam creditorum solutio facilius futura erat. Hæc sanè Zasij consideratio, & interpretatio mihi non placet, nam ratio illa pietatis paternæ affectus ces- sat in casu d. l. debitorem, in quo tamen non præsumitur in fraudem creditorum facta fideicom. restitutio, quarta Treb. non deducta. Præterea vtroq; in respon. Papin. scilicet & Callif. nexus fidei, obligatio patris, & debito- ris grauati non consideratur respectu deductionis, vel Falcid. vel Trebell. quas restituere non tenebantur gra-

uati, sed solius fideicommissi, & hæreditatis. Etenim in hæredis grauati potestate est retinere quartam, vel eam omittere in restitutione, quam ante mortem facit. l. post mortem. C. de fideicom. & ibid. annotarunt Ias. num. 4. & Padil. num. 24. & verè idem sensit Bald. in d. rub. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. colum. penul. versic. rursus quæro. Quod si ipsi hæredi grauato placuerit restituere, præsumitur potius voluntate testatoris restituisse, quam donasse, sicuti respondit idè Vlp. in l. si sponsus. S. si quis rogatus. ff. de don. int. vir. & vxor. quod responsum ad rē nostram allegarunt Ias. & Padil.

Tertio huc facit respon. Vlpia. in l. si sponsus. S. si ma- ritus. ff. de donat. int. vir. & vxor. cuius verba adscripsi, Si maritus hæres institutus repudiet hereditatem dona- tionis causa, Iulianus scripsit lib. 17. Digestorum dona- tionem valere. Neg; enim pauperior sit, qui non acqui- rit, sed qui de patrimonio suo depouit. Repudiatio au- tem mariti mulieri prodest, si vel substituta sit mulier vel etiam ab intestato hæres futura. Hæc Vlpian. qui di- fertè respõdit, non censeret factam in fraudem legis, p- hibentis donationem inter vir. & vxor. si maritus non ac- quirat, sed repudiando permittit acquiri vxori substituta, vel ab intestato vocata. Idem ergo dicendum est no- stro in casu, patrem non præsumi voluisse fraudare cre- ditores, si vsufructum bonorum aduentitiorum filij noluit acquirere, sed ipsi filio remittere.

Quartò accedit clarum eiusdem Vlpia. responsum in l. non fraudantur. ff. de reg. iur. cuius verba hæc sunt. Nõ fraudantur creditores, cum quid non acquiratur a debi- tore, sed cū quid de bonis minuitur, & illo in loco Dec. Cagn. & reliqui.

Quintò ad rem hanc satis pertinent multorum simi- les traditiones, ac primum illa Alber. in l. qui artem. S. si seruum. in fin. de his quæ in frau. cred. qui scriptum reliquit lucrum a debitore amissum nõ posse a credito- ribus reuocari, tanquam id factum sit in eorum fraudem. Simile respondit Alexand. consil. 113. num. 5. lib. 3. repe- tito in consil. 132. nu. 4. lib. 6. agnatum ex statuti dispo- sitionem, excludet matrem, excepta legitima, & ad quæ per infantem hæreditas potius iure suitatis, transmittit- tur, posse eam hereditatem repudiare ex persona infan- tis, eamque postea iacentem adire ex propria persona tanquam proximior patri in fantis, & hoc modo exclu- dere matrem dicti infantis etiam à legitima per statutū referuata. Et Alex. secuti sunt Ias. in l. si mihi & tibi, in prin. nu. 20. de leg. 1. qui alias comprobatur, & ibid. Claud. Seifel. col. 2. num. 12. & motus est Alexand. inter alia il- lo resp. Vlpia. in d. l. qui autem. in princ. ff. de his quæ in fraud. cred. Ita quoque dicemus debitorem posse repudiare hereditatem sibi delatam in fraudem creditorum, & si ipsa repudiatio nil proffit ipsi debitori repudianti, vt scribunt Rim. Sen. in consil. 243. num. 18. & 19. lib. 2. Ias. in §. item si quis in fraudem. num. 121. Inst. de actio. Didac. Couar. in epit. de spons. in 2. part. cap. 7. §. 1. nu. 14. & in cap. Rainald. §. 3. num. 14. de testa. Hieronym. Zanc. in l. hæredes mei. S. cum ita. in 4. par. num. 411. ff. ad Trebel. accedit quod filius hæres, ad quem transmis- sa est hereditas potest ab ea abstinere in fraudem credi- torum. Ita sanè Bald. in l. vnica. col. 2. vers. vltimus. C. de his qui ante apertas tab. quem secuti sunt Did. in dict. c. Rainald. §. 3. num. 12. Zanch. loco præalleg. num. 413. accedit quod docuit idem Bald. in l. maximū vitium. n. 11. vers. sed pone. C. de lib. præter. fratrem posse inuitis creditoribus admittere secum ad successionem sororem alioqui à statuto exclusam Baldi traditionem probantur Castr. consil. 257. Acquiucato. col. 1. versic. nec etiam. lib. 1. Ias. in §. item si quis in fraudem. num. 124. Inst. de actio. & alijs permultis comprobatur Tiraqu. in tract. de iure primog. quæst. 24. num. 2. & hos secutus est Zanch. in d. S. cum ita. in 4. par. num. 411. Ita quoque agnatus, qui